



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

LXVII. Herzog Barnim von Pommern weist seine Vögte und Beamte zur Beobachtung der von ihm dem Kloster Chorin bestätigten Zollfreiheit an, den 16. November 1335.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

promoueant et sub obtentu gratie nostre districte prohibentes, ne quis de ipsis vel de equis vel de allecibus seu de quibuscunque rebus aliis eorundem exigendo theloneum ipsos presumat vel audeat aliquo modo molestare. Ut autem hoc nostre donationis, appropriationis simul et confirmationis statutum perpetuo teneatur inconvulsam a nobis et a nostris successoribus uniuersis, dari iussimus presens scriptum. Datum et actum in Chorin, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo tricesimo quinto, feria quinta proxima post festum beati Martini Episcopi, nostro sub sigillo presentibus appenso in testimonium premissorum. Presentibus Paridam de Wacholt, Vlrico de Schenynge, Vickone de Hyndenborch, militibus, Reymaro Vredberni, Canonico Camynenfi, Henningo de Reberghe, Hinrico de Stegelyz, Ditliuo de Eyghorft et aliis pluribus fide dignis.

Aus dem nach dem Original des K. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gercken Cod. II, 474.

LXVII. Herzog Barnim von Pommern weist seine Vögte und Beamte zur Beobachtung der von ihm dem Kloster Chorin bestätigten Zollfreiheit in Pommern an, den 16. November 1335.

In nomine domini Amen. Nos Barnym, dei gracia Stetynensis, Pomeranie, Sclauorum et Cassubie dux, Recognoscimus presentibus publice et protestamur, quod progenitorum nostrorum, videlicet domini Barnym, aui nostri, necnon domini Ottonis, patris nostri, litteras non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua sui parte viciatas vidimus continentes, quod gratiam et libertatem religiosi viri abbati et conuentui monasterii chorynensis, Cystericiensis ordinis, contulerunt stabilem, videlicet quod absque exactione theolonii per totum nostrum ducatum emere, vendere et educere licite poterint pro necessitate victus eorum et vestitus. Cupientes igitur participes ipsorum fieri orationibus aliisque operibus bonis, prefatam et indultam eis gratiam ratam et gratam habemus ipsamque perpetue duraturam presentibus confirmamus, omnibus nostris officiais et aduocatis districte et gratie nostre sub optentu iniungentes, ne premissis aliquo modo presumant vel audeant contraire. Datum et actum choryn, Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXX quinto, feria quinta proxima post martini episcopi, nostro sub sigillo presentibus appenso in testimonium premissorum, presentibus Paridam de Wacholt, Vlrico de Scheningen et Reymaro Vredberni, Canonico Caminenfi, et aliis pluribus fide dignis.

Nach dem Originale des K. Geh. Staatsarchives.

LXVIII. Papp Benedict XII. bestätigt dem Kloster Chorin seine Privilegien,  
am 13. April 1336.

Benedictus, episcopus, seruus seruorum dei, dilectis filiis Abbati et Conuentui monasterii in Chorin, Cisterciensis ordinis, Brandeburgensis diocesis, Salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica votis et honestis petentium precibus fauorem beniuolum in-